

## 2 De fine

Si neque de facto neque de persona negamus, superest ut, confessi commisisse nos quod obicitur, negemus id, quo accusator vult nomine vocandum, ut sit finis, ut 'dives inimici pauperis statuum verberavit; reus est iniuriarum'. hic enim non negat a se dives quod intenditur factum, 5 sed difforte se tuetur, id est, non hanc esse iniuriam. diffors enim est oratio, quae id, quod definit, explicat quid sit: et ideo in hoc nomine controversia est, quia, cum de facto conveniat, quaeritur, quo id, quod factum est, nomine appelletur. omnis quaestio finitiva fit, quotiens aliqua res ex parte perfecta est, ex parte imperfecta. nam si sit omni parte per- 10fecta, nulla erit quaestio, ut 'sacrilegium illud est, quia de sacro loco vas ablatum est: sacrilegium illud non est, quia non sacrum vas ablatum est.' et semper sive in simplici sive in duplici finitor eo, quod est, nititur: infirmat diffors eo, quod deest.

Illud etiam respiciendum est, quod in omni finitivo statu aut minoris 15 poenae oblatio est et maioris repulsio, ut 'non debeo capite puniri, quia non sacrilegium est, quod admisi, sed furtum: ob hoc quadruplum solvendum est'; aut omnis omnino poenae repulsio est, ut 'nullam poenam mereor, quod statuum verberaverim; non est enim iniuria, quod admisi.' 378 huius status species sunt plures. est enim simplex, quod de uno nomine 20 quaestio est, ut in illa controversia, in qua reus est iniuriarum, qui statuum verberavit: nam quoniam hoc tantum in disceptationem venit, quid sit iniuria, simplex finis est. est et duplex finis, in quo duo nomina veniunt in quaestionem, ut 'fur quadruplum solvat; sacrilegus capite puniatur. is, qui ex fano pecuniam privatam subripuit, ad poenam depos- 25citur: offert quadruplum.' hic duplex finis est, quia quaeritur et quid sit furtum et quid sit sacrilegium. est et alia species duplicis finis, in qua non de duobus nominibus quaeritur, sed cum ei rei, quae proprium no-